

58. ATTELABVS *senex.*

*Insecta.*

*Magnitudo* infra. Attel. fornicarium, totus aterrimus, lanugine copiosa, sed fugaci vestitu, quae vel in toto corpore atra, vel in capite thoraceque cana. In femina pollicis pedes maiores, arcuati. *Antennae* extiorum vix crassiores. *Thorax* subglobosus.

Haeret in Spicis Elymi arenarii.

59. CERAMBYX *hieroglyphicus.*

*Forma* C. scalaris, quo maior. Subtus coerulefcenti canus; pedes polline coerulefcent; antennae coerulefcenti, nigroque annulatae. Caput et thorax magis lanuginosa, area magna longit. atra, et thoracis vtrinque puncto. *Elytra* glabra, nigra: *Sutura* coerulefcenti-alba, ramis vtrinque quinis, obtusis, quorum priores et vltimus transuersi, tertius radice duplex antrorsum recurvatus, quartus reclinatus. Praeterea puncta exterius sparsa quinque.

Occurrit in Syluis Sibiriae borealioris.

60. CERAMBYX *perforatus.*

*Magnitudo* et forma praecedentis, supra pulvere albidus, subtus lanugine flauus. *Antennae* coerulefcentes, nigro annulatae. *Thorax* nigro punctatus, vtrinque ductu nigro. *Elytra* pulvere albida ductu atro ab axilla ad medium, punctisque a dorso per longitudinem dispositis quinis, aterrimis, vt quasi foramina appareant. *Punctum* vnicum extra strigam axillarem.

Cum praecedente occurrit rarius.

61. CERAMBYX *Glycyrrhizae.*

*Forma* C. pedestris, sed saepius maior. Antennae et quibusdam caput picea; pedes cano irrorati testacei. *Corpus* subtus nigrum, sed totum polline albo irroratum. Vertex atque thorax area aterrima albo marginata, quam diuidit linea niuea, per suturam elytrorum continuata. *Elytra* aterrima, opaca, exterius carinata, fasciis singula duabus, lineaque albis longitudinalibus. In quibusdam albedo pallet, elytraque a dorso nigro conspurcata, velut a Muscis. Apterus.